

TESTIMONIA MINORA

DE

QUINTO

BELLO SACRO

E CHRONICIS OCCIDENTALIBUS

excerpsit


ET SUMPTIBUS SOCIETATIS

ILLUSTRANDIS ORIENTIS LATINI MONUMENTIS

edidit

REINHOLDUS RÖHRICHT

Ph. Doctor



GENEVAE

Typis J.-G. Fick

1882

LIBRAIRES DE LA SOCIÉTÉ

PARIS: Ernest Leroux, 28, rue Bonaparte.

LEIPZIG: Otto Haraffowitz.

§ 59. THOMAS DE BURTON *excerpsit textum WILHELMI EGMUNDANI*. — *Verbis*: « Et rediens de Terra Sancta edificavit castra... » addendum est: « Beeston »¹.

§ 60. THOMAS WALSINGHAM *excerpsit NICOLAI TRI-*
VETI *Chronicon*.

§ 61. JOHANNES CAPGRAVE *verboſius narrat, quæ de Herſordenſi & Saero comitibus e RADULFI COGGESHALENSIS Chronico ſatis nota ſunt.*

III

TESTIMONIA E CHRONICIS IN GALLIA SCRIPTIS EXCERPTA.

§ 62. In Continuatione ROBERTI DE MONTE numerum annorum MCCXIII (& ſequentium) in MCCXVII corrigendum eſſe, nemo negabit; de morte epifco Lexovienſis aliis fontibus accuratiuſi edocti ſunt².

§ 63. In Historia regum Angliae brevis mentio fit pugnae xxix. die auguſti MCCXIX factæ; cuius muntius circa quadraginta tempus in Galliam tranſlatuſ fuit.

§ 64. Gravifimma debemus GUILELMO BRITONI. Primum enim narrat, Robertum de Courcon, apofolicæ ſedi legatum, fuiffè, itaque regem & clerum curiam appellaviffè³. Deinde

¹ Cf. Hemmingway, *History of the city of Chester*, 1831, I, 93.

² Epifcopus de fundatione abbatiæ S. Martini de Monte Auxiliij (Monday) optime meritus (Hugo, *Annal. Præmonſtr.*, II, 315) post menſem iulij MCCXVIII profeſtus fuiffè videtur; dies mortis habentur: xxij. dies martij, xxij. dies iulij (*Gallia chriſt.*, ed. Piolín, XI, 210-211; *inſtrum.* p. 782) & viij. Id. decembr. (Barbier, *Nécrol. de l'abbaye de Floueffe*, Louvain, 1876, 161); ceterum conferas H. de Forneville, *Hifl. de l'ancien évêché-*

comté de Liseux, Liseux, 1873, II, 87-94. Præter eum cruceſignatus vocatur epifcopus Baiocensis (Potthast, n° 5325; Oliver., 1397), ſed de eius peregrinatione nihil accuratiuſi conflat (Hermant, *Hifl. du diocèſe de Bayeux* (Caen, 1705), p. 212-213).

³ Robertus cardinalis preſbyter S. Stephani in Cœlio monte (cf. Potthast, *Reg.*, I, p. 465, 678), anno MCCXIII in Galliam miſſus (Potthast, nos 4710-4712, 4727, 4791, 4828, 4848, 4856, 4903, 5125, 5161, 5167; cf. Manſi, *Adea concil.*,

nuntiat, Odonem Burgundiaē ducem, quominus votum crucis adimpleret¹, morte impeditum, ſed nonnullos milites iuſſu eius in Terram Sanctam miſſos fuiffè. Inter nobiles Galliaē in ſuſti-

XXII, p. 965-966) concilium Bituricense habuit, in quo (xxvij. die iulii) comitem Ruthenensem cruceſignatum (cuius testamentum memorat Bréquigny, V, 121; cf. comte de Blanchemſnil, *Les falles des croiſades*, 488) in proteſtationem fuſcepit (Par. B. Nat., Baluze, 7, fol. 330), tum Burdigaleneſe (*Rot. clauſ.*, 1214, I, p. 139 b; Rymer, *Fœd.*, I A, 121-122). Notamus eius charitas: MCCXIII Meloduni (d'Arbois de Jubainville, *Hifl. des ducs & des comtes de Champagne*, IV A, p. 14; V, 74, n. 827) mense au-guſti, ibidem mense octobris (V, 75, n. 853; cf. Wauters, *Table chronol.*, III, p. 394-395) & apud Nevers (Quantin, n. 152), MCCXIV, xvij. cal. febr. apud Dolum (Geflin de Bourgogne & A. de Barthélémy, *Hifl. des anciens évêchés de Bretagne*, Paris, 1864, IV, p. 69, n° 40), xxv. die aug. apud Engolifnum (Cart. int̄. de la Sain-tonge, I [Cartul. de l'abbaye de S. Etienne de Vaux], Niort, 1871, n° 25, p. 113-114), mense octob. apud Partenay (Teulet, *Layettes*, I, p. 406, n. 1083), mense nov. loco ignoto (d'Arbois, V, p. 83, n. 882; cf. Wauters, III, p. 418, 425). Quamquam Innocentius III (I. xvij, 31, 33) & Honorius III (Rayn., Ann., 1218, § 5) non ſolum eloquentiam ſed etiam probitatem eius celebraverant, neque regi neque clerico placuit, ut plurimi fontes Galliaē teſtantur, quibus aſſentitur Gervafius (Hugo, *Sacræ antiq.*

¹ De quo conferas *Annal. S. Benig. Diviſion.* (Mon. Germ. SS., V, 48), *Epiſtolas Gervafij in Hugo, Mon.*, I, 4, 7; Potthast, *Reg.*, n. 5325, 5569, 6420; Albericus, *infra* 93; Röhricht, *Beitr.*, II, 367. Post menſem iunij MCCXVIII, quo chartas ultimas ſcripſit, morbo af-fectus (Teulet, *Layettes*, n. 1295, 1296), obiit vj. die iulij (Plancher, *Hifl. de Bourg.*, I, 389); eodem anno (xvij. die auguſti) duciſſa regi Galliaē homagium fecit (Teulet, n. 1305). Cruceſignati e Burgundia profecti vocantur in *Bulletin de la Société hifl. de l'Yonne*, 1853, p. 307-308, & in *Mém. hifl. de la Franche-Comté*, IV, 357-360.

dium Terræ Sanctæ profectos vocat Petrum, Parisensem episcopum¹, Walterum, regis Philippi camerarium, & Herveum, comitem Nivernensem². De pugna xxix. die aug. anno MCCXIX facta, cui circa c. millia interfuisse dicuntur, brevissime, accuratis vero de Herveo de Leone agit³; ceteris quæ ad historiam clavis pertinent nihil novi ineffe, facile intelligitur. Autem aperte errat urbes Cabiram & Taphnida commiscens (sub a. MCCXXII).

§ 65 & 65 a. BERNARDUS ITERIUS accuratus de Roberto de Curcon⁴ & nonnullis Galliae crucifignatis agit, quorum in numero præter ceteros vocantur I., episcopus, Lemovicensis⁵ & comes Hugo de Marchia⁶.

¹ Postquam mense iunij MCCXVIII testamentum fecit (*Gall. chrl.*, VII, 89-91; *instr.*, n. 117; *Bréquigny*, V, 92) cum Roberto de Curcon in castra christianorum venit (*Jacob. Vitr.*, *Epiſt.*, III, 296; *Oliv.*, 1405-1406; *Eracles*, 332), ubi plegium pro lxxx. libris Turonensis confituit erga mercatorem quendam Januensem (*Parif. Bibl. nat.*, ms. lat. 17803, n. 348); ceterum conferas Potthaſt, *Reg.*, nos 5858, 5882, 5892.

² Domi anno MCCXVIII mense iunij chartas dedit (*Quantin. Cart. de l'Yonne*, p. 93-94, n. 208, 211, 212), testamentum fecit lanuæ sept. eiusdem anni (*Martène. Thes. anecdot.*, I, 867-869; *Quantin.* p. 95, n. 215) & cum legato Roberto Damiatam appulit (*Geſla*, 79; *Ioh. de Tulbia*, 122; *Lib. duell.*, 146), sed « imminentे periculo » cum christianorum recessit scandalo» (*Oliver.*, 1406), scilicet xj. die aug. MCCXIX (*Ioh. de Tulb.*, 130; *Lib. duell.*, 158). De eo videas Rob. Abolant, *infra* 81, 83; Alberic., 93; *Eracles*, 337, 340; Potthaſt, n. 4862, 5858, 5859, 5882, 5892, 5987, 6301, 6420; Lalore, *Cartul. du diocèse de Troyes*, III,

p. 156, no 15; L. de Sainte Marie, *Hist. de Nevers*, Nevers, 1810, 109-110; Challe, *Hist. du comté de Tonnerre*, Auxerre, 1875, 61. Charta qua Herveus ante Damiatam se ab Januensi quodam mercatore cxx. libras Turonenses mutuo accepisse confirmat (nov. MCCXIX!) exstat in Parif. Biblioth. nat., 17803, n. 128; de epistola eius spuria ad regem Galliae data (*Epiſt. p. incip.*, 133-134; *Princip. & illuſtr. virorum epistolæ*, 158) in alio volumine agendum erit. Mense decembbris MCCXIX domierat (*Delisle. Catalogue des actes*, p. 429, n. 1941-1943).

³ Idem repetit D. Morice, *Hist. ecclés. de Bretagne*, 1750, I, p. 148; cf. c. 708.

⁴ Cuius de insolentia multa aferit p. 17-20, 96 seqq.

⁵ Cf. *supra* p. xvij.

⁶ Qui paulo post arcem maritimam captam in castra MCCXVIII venit (*Oliver.*, 1406); *Ioh. de Tulbia*, 131; *Lib. duellij*, 158, dicunt, eum xj. die augusti MCCXIX mortuum fuisse; *Eracles*, 331, falſo dicit, eum post pascha appulisse & (p. 340) xxix. die augusti MCCXIX ad castra defendenda remansisse; mortuus memoratur (mense maij

§ 66. ROBERTUS ABOLANT seu potius ipsius continuator, pro maxima parte OLIVERII Historiam Damiatinam & IACOBI VITRIACENSIS Epistolam quartam sequitur; de Roberto de Curcon & Herveo, comite Nivernensi, assert, quæ memoria digna sunt.

§ 67. Maximi pretij sunt, quæ in Chronico Turonensi¹ continentur, quo plurima afferuntur, quibus historia clavis christianorum & redditionis Damiateæ, ab Oliverio solo accurate conscripta², illustratur & augetur. Postquam autem de Libro isto prophetico differuit, narrat hostes pontem ac casale construxisse, inde Casale-pontem nominationem³, regem Iohannem ex Syria revocatum⁴, in exercitu christianorum lxx. millia militum

MCCXX) in charta apud Shirley, I, n. 96, p. 114; cf. p. 33, n. 26). Ceterum conferas Alberic., *infra* 93; Potthaſt, *Reg.*, n. 5882, 5892, 6006 (cf. *Rec. d. hist. de Fr.*, XIX, p. 679); *Biblioth. de l'école des chartes*, 1856, p. 539. Chartam, qua crucifignatus vocatur (anno MCCXVIII) videas in *Cartul. de l'abb. de Notre-Dame des Châteliers*, ed. Duval, Niort, 1872, pp. 25-26, n. 20.

¹ De quo conferas *Hist. litt. de France*, XXI, p. 676-679; textus noster latine versus est in Michaud, *Hist. des croisades*, ed. 3, tom. II, 497-500.

² *Hist. Dam.*, 1427-1439.

³ Intelligenda est Mansurah (*Epiſt. Petri de Monte Acuto in Rog. de Wendow; Flor.*, IV, 73); Ernoul *infra* 307; Makrizi, ed. Hamaker, 32, 109-111; Reinaud, *Extr.*, 409.

⁴ Iohannes rex, prima uxore Maria, marchionis Conradi filia (Rob. Altiss. in *Rec. d. hist. de France*, XVIII, p. 276), sub finem anni MCCXII mortua (Potthaſt, n. 4643), anno MCCXV vel initio sequentis in matrimonium duxerat apud Teulet, *Layettes*, I, p. 516,

*suiffe*¹, trecentos clericos Damiatam redituros in manus hostium incidisse², & Teutonicos tentoria nocte cremantibus impedivisse, quoniam christiani e discrimine suo evaderent³. Inter eos, qui pacis conditionibus assensu efficerint, ut sedato tumultu⁴, urbs soldano redderetur, solus noster vocat vicecomitem Haimarum de Thoarcio⁵. Quae de salvo conductu narrat, quem soldanus christianis concepsit, in aliis fontibus confirmantur.

§ 68. ANONYMUS LAUDUNENSIS refert nonnulla de Roberto de Curcon & præter alios crucisignatos vocat ducem Istriae, comitem Guilelmum de Hollandia⁶, Albericum archiepiscopum

n. 1446; anno sequenti. viij. mai. ad eandem script; cf. d'Arbois de Jubainville, V, p. 178, n. 1407) Damiatam rediit & feria iv. in octava Apostolorum⁷ (vij. die iulij), ut Oliverius (1427) confirmat.

¹ Makrizi, 25: cccc. millia peditum & lxx. millia equitum; *Chron. regia Colon.*, infra p. 160: cc. millia virorum; Oliver., 1428-1429; mccc. equites — cum equitaturis necessariis, magnum numerum Turcopolorum, ingentem turbam peditum, iv. millia sagittariorum cum dccc. navibus maioribus; *Annal. Claustronob.*, infra 153, & Ioh. de Tulbia, 139: circa c. millia; Ph. de Albineto, *Epiſt.* (Rog. de Wend., IV, 76): vj millia equitum & xl. millia peditum; *Eracles*, 326: ccc. equites & ingentes copias peditum (de urbe Accon Damiatam profectos).

² Makrizi, 34, narrat vj. naves bellicas & i. onerariam cum ij. millibus & cc. christianis & paulo post iiij. alias & xij. (p. 116) in soldani manus incidisse; *Annal. Clauſtronob.*, p. 155, tradunt, dec. clericos in una navi igne græco perire (in *Chron. reg. Colon.*, 161, legimus: «decl. christianorum naves & cum hominibus & viualibus»);

Oliverius (1434) narrat: viij. die augusti galeas christianorum captas vel mersas fuisse.

³ Quod confirmatur ab Oliverio (1434).

⁴ Oliverius (1439) de discordia nihil scit: narrat enim, magistros Templi & ordinis Teutonicorum millos fuisse « ut iuxta conditum & iuris iurandi religionem civitatem redderent. Quod factum est absque magna difficultate. » Cum nostro omnino convenit, quod Petrus de Monte Acuto (Rog. de Wend., *Flores*, IV, p. 79) nuntiat.

⁵ Anno MCCXX mense februario (Shirley, I, n. 78, p. 93; cf. n. 108, p. 126) & aprilii (Delisle, *Catalogue*, n. 1967; *Layettes*, n. 1391) adhuc domi fuit & post mensem iunium eiusdem anni peregrinationem suscepisse videtur (Imbert, *Hist. de Thouars*, Niort, 1871, pp. 394 seq.); anno MCCXXIII dominum reversus fuit (ibid. 91). Fundem vocat Fridericus (MCCXXVII) « comitem de Percy » (H.-Bréh., III, 41).

⁶ Comes Guilelmus propter causam inter ipsum & comitem de Loos crucisignatum versantem (Poth., n. 5503, 25960, 26004; *Mon. Germ. Ep.*, I, pp. 16-20, 20-21,

Remensem, Walterum de Avenis¹, Iohannem regem Angliae & Fridericum regem Alemanniæ coronatum².

§ 69. Quæ in Auctario Mortui maris legimus, levissima sunt.

§ 70 & 70 a. Plurima & gravissima debemus ALBERICO. Postquam de rebus a rege Hungaria in Syria & a Frisonibus ante Alcassar egregie gestis verba fecit³, inter crucisignatos Ottōnem, ducem Meraniae, & Georgium, comitem de Wide, designat⁴. Tum IACOBI VITRIACENSIS Epistola secunda & Relatione de Agarenis⁵ exceptis, de Alberico, archiepiscopo Remensi, &

n. 21, 23-24) a Theoderico, archiepiscopo Trevirensi, excommunicatus, sed ab Honorio « si qua (ex «communicatio) in eum post iter « peregrinationis arreptum promulgata sit » (*Mon. Germ.*, Ep., I, pp. 49-50; n. 69, 70) absolutus est & viceimam accepit (*Ibid.*, n. 68). Confirmavit quoque Honorius absolutionem, quam Hierosolymitanus patriarcha Heriberto, abbatii Werdenfi, concesserat; is enim, iussu Oliverij, Guilelmu comitem absolverat, sed ipse a Theoderico cum Guilelmo excommunicatus fuerat (*Ibid.*, pp. 60-61, n. 81).

¹ Crucisignatus vocatur in *Epistolis* Honori (Poth., *Reg.*, n. 5325, 25766-67). Cum Templariis Castrum peregrinorum munivit (*Eracles*, 325; Oliv., 1399) & postquam m. byzantinos necnon stipendum pro xj. (Oliver., 1397: pro xl.) militibus reliquit, in passagio vernali MCCXVIII, reversus est (*Eracles*, 326; Oliv., 1397, 1399).

² Röhricht, *Beitr.*, I, 4.

³ In prælio apud Aleassar facta cecidisse dicuntur xlvi millia. Hostium, quorum numerum circa c. millia (*Gesta crucig.*, 32) vel xv. millia equitum & xl. millia peditum (lxxx. millia peditum apud Ruy de Pina,

p. 219) fuisse legimus (*Carmen de Salaciæ expugnatione* ap. Waitz, *Chron. reg. Colon.*, p. 351), cæsi fuisse tradontur lx. millia (*Annal. Toledo*, infra p. 211), xxx. millia (*Carm. de Salac. exp.*, 352; Ruy de Pina, 223), circa xiv. millia (*Chron. regia Colon.*, 151). præter duos reges de Jaen & Corduba (*Carm. de Saac.*, 352; *Epiſt. Lust.* apud Rayn., 1217, §§ 32-35); capti fuisse dicuntur iij. millia (*Gest. crucig. Rhen.*, p. 33), vel iij. millia, quorum c. cum principe Abur baptizati fuerunt (*Epiſt. com. Holl.*, *Ibid.*, 1217, §§ 35-36; Ruy de Pina, 224; *Carmen Salac.*, 353).

⁴ Cf. *Quinti belli sacri script.*, I, p. xij; *Chron. regia Colon.*, infra pp. 148-151; *Gesta Trev.* (*Mon. Germ. SS.*, XXV), 399. Oliverio (1412) teste, G. cum Guilelmo comite Hollandie, in pugna die xxix. augusti MCCXIX facta, egregium se praestitit.

⁵ Pseudo-Iacobus, III, pp. 1125-1126; Ryccard. de S. Germano (*Mon. Germ. SS.*, XIX, pp. 335-336); Charles Hopf, *Chroniques*, 29-34; cf. Riant, *Haym. Monach.*, 63, not.; Röhricht, *Beitr.*, II, 258, not. 20. Has relationes valde inter se discrepare appetit. Verbo *Sizalis* (Ryccard.: *Calix*) neque nomen

Iohanne, episcopo Lemovicensi, in itinere mortuis agit¹. Quæ de inundatione Frisiae narrat, alii chronicis confirmantur². Deinde inter crucis signatos respondit: Henricum, archiepiscopum Mediolanensem³, Gualterum, Aduensem⁴, Petrum, Parisensem episcopos⁵,

Nili neque vecligalis (gualeat) subeft, sed vox arabica *Khalijij* (*Eracles*, 350-352: *halige*; *Oliv.*, 1435: *caliph*), id est canalis.

¹ Cf. supra p. xvij, not. 2.

² Emo (in *Mon. Germ. SS.*, XXIII, p. 488); *Chron. Laudun.* (*Rec. d. hist. de France*, XVIII, p. 720); Cæsarius Heisterbac. (*infra pp. 168-169*); *Sachs. Weltchronik*, ed. Weiland, 240; Ioh. Lelong, *Chron. Bert.* (*Mon. Germ. SS.*, XXV, p. 833).

³ Galvaneus Flamma, *infra* 265. Oliverius (1423) refert hunc, anno MCCXX post Pascha, appulsum, cum legato maxime, ut exercitus contra Cahiram progredere-
tus effecisse. Ughellus (*Italia sacra*, IV, 178) verba epitaphij eius in ecclesia S. Francisci adhuc exstantis memorat: « H. Septala, Mediola-
nensis archiepiscopus, cum egregia
« Mediolanensem nobilium & mili-
« tum manu Ierosolymitanam sus-
« cepit expeditionem. » Domo pro-
feetus fuisse videtur (post mensem septembr.; cf. Potthaft, n. 6124) anno MCCXIX (C. de Rosmini, *Storia di Milano*, I, 236; Giulini, *Mem. di Milano*, VII, 358-359; Oltrochchi, *Archiepisc. Mediol.*, 647-649). De eo accuratissime agit Argelati, *Bibl. script. Mediol.*, Med., 1745, II A, pp. 1312-1316, ubi legimus (§ 1), Henricum seripisse: « *Traictatum de expeditione Terra-
e Sanctæ & singulariter contra solda-
num Aegypti*, » quod opus de-
perditum esse videtur.

⁴ De eius peregrinatione nihil

constat (*Gallia christ.*, ed. Piolin, IV, 398-399). Præter eum vocan-
tur peregrini: episcopus (Ansel-
mus) Laudunensis (*Gallia christ.*, IX, 537; *Oliv.*, 1423: *archiepisco-
pus cum Henrico Mediolanensi
appulsum*), episcopus (Guilelmus)
Andegavensis (*Oliv.*, 1405; cf.
Potthaft, n. 5882, 5892; *Gallia
christ.*, XIV, 573), Ranulfus, Pe-
tratoracensis (Potthaft, n. 5325;
cf. *Gallia christ.*, ed. Piolin, II,
1472-1473) & Goffredus, Treco-
rensis (Potthaft, n. 5325; cf. *Gallia
christ.*, XIV, 122), de quorum pe-
regrinatione parum seu nihil con-
stat. Plura narrantur de archie-
piscopo (Guilelmo) Burdigalensi
(Potthaft, n. 5325, 5882), qui cum
episcopo « Girondino » (id est Ge-
rundino [Gerona]; Raymundus
de Palafollo intelligentus esse vi-
detur [cf. *Espana sagr.*, XLIV,
p. 9], qui in fabulo Damiatæ obiit,
Oliverio, p. 1405-1406, teste)
mense octobr. MCCXVIII in caſ-
tra christianorum venit & ibi « uti-
lem morari fecit » (*Oliv.*, 1405).
Citatur in *Epifola principum* (Mar-
tene, *Ampl. coll.*, V, 1479) & in
urbe Accon subſcribit chartam xv.
die octobr. MCCXI (Paoli, *Co-
dice*, I, p. 113, n. 107) & xvij. die
eiusdem mensis codicillum a co-
mite Ruthenensi in Accon factum
(de Gaujal, *Et. hist. sur le Rouergue*,
1858, II, p. 97; Martene, *Ampl.
coll.*, I, c. 1168-1172; cf. *Gallia
christ.*, ed. Piolin, II, 820-822).

⁵ Cf. supra, p. xxxvj.

cum fratre Gualtero, regis camierario¹, Milonem, electionem
Bellovacensem² cum fratre Andrea, Herveum, comitem Ni-
vernensem, Hugonem, comitem de Marchia, Herveum de
Verzone³, Milonem III, comitem de Barro super Sequanam⁴
cum filio Waltero, Iohannem de Arcies⁵, Andream de Espis-

¹ Cf. Potthaft, n. 5858; *Era-
cles*, 332, 341; *Gesta crucig.*, 52;
Fragm. provinc., 190; Oliverius,
1413; *Epifol. Jacob. Vitr.*, II, 300.
Mortuus habebatur xxvj. die oc-
toberis MCCXIX (*Cartul. eccles.*,
Parif., IV, p. 174, n. 302).

² Potthaft, n. 5819, 5920;
Epifl. Remens. (in *Rec. des hist. de
Fr.*, XIX, p. 659 seq.); *Eracles*,
331, 332, 341; *Gesta crucig.*, 51;
Gest. obs., 102, 104; Ioh. de Tul-
bia, 132; *Lib. duellij*, 159; *Fragm.
provinc.*, 190; *Oliv.*, 1413, 1427,
1438; Iac. *Vitr.*, III, 300;
IV, 305; V, 380; *Récits d'un mé-
nefice*, 112-128; Cæsar. Heister-
bac., *infra* 172. Post mortem
Philippi episcopi (iv. nov.
MCCXVII; cf. *Bibl. de l'Ecole des
chartes*, 1^e sér., V, p. 35) electus
fuerat Bellovacensis (cf. *ibid.*, IV,
t. 2, p. 560 & *supra* p. XIII, not. 2);
chartam scripturam nov. MCCXVIII
(Peigné-Delacourt, *Cartul. de
l'abb. de N.-Dame d'Oursemp.*,
Amiens, 1865, n. 293, p. 184) &
captivitatis suæ Babylonicae men-
tionem facit MCCXXXI (*Chartes
de Beauvoir*, éd. Lalore, p. 204,
n. 39).

³ Oliverius (1406) eum memo-
rat cum Iterio de Tocce apud
Damiatam mortuum; Iterij men-
tio fit in charta comitis Nivernen-
sis (jul. MCCXVIII) apud Quan-
tin, *Recueil de pièces pour faire
suite au cartul. de l'Yonne*, n. 211,
p. 94; cf. p. 417, n. 976.

⁴ Frater fuit G. de Carnoto,
magistri Templariorum. Potthaft,
n. 5325, 5819, 5892; Ioh. de
Tulbia, 131; cf. *Lib. duellij*, 158,
Oliv., 1406. Chartam ante xvij.
diem aug. MCCXIX scriptam
videas apud Lalore, *Cartul. du dio-
cèse de Troyes*, III, 1878, p. 184-
185, n. 12; cf. p. 324; ceterum
conferas Coutant, *Hist. de la ville
de Bar-sur-Seine*, I, 74. P. de
Croonendaal, *Chron. du pays &
conté de Namur*, Brux., 1878, I,
243 seq., eum commiscet cum
Theobaldo, comite Barensi. Ab
Honorio (anno MCCXX, xvij.
die martij) cum filio suo Gualtero
mortuus memoratur (Potthaft,
n. 6210); d'Arbois, *L'ordre tentoni-
que en France* (*Biblioth. de l'Ecole d.
chartes*, XXXII, p. 4); Lalore, III,
pp. 193-194, n. 25; pp. 195-196,
n. 28.

⁵ Cum fratre suo Guidone de
Pigi post Pascha MCCXIX Da-
miatam venit (*Eracle*, 332), in
pugna (xxij. die iunij) eminuit
(*Gest. obs.*, 92; Ioh. de Tulb., 128;
Lib. duell., 153; *Eracle*, 337), sed
xxix. die aug. captus (*Gesta crucig.*,
52; *Gest. obs.*, 103, 104; Ioh.
de Tulb., 132; *Lib. duell.*, 159;
Fragm. provinc., 190; *Oliv.*, 1413;
Iac. *Vitr.* *Ep.* III, 300; IV, 305),
soldani iustu cum christianis de
pace componenda egit (Iac. *Vitr.*,
Ep. V, 380) & paulo post mortuus
fuisse videtur (d'Arbois, *Op. cit.*,
p. 5). Chartam, quam Iohannes

sia ¹, & ex parte Odonis, Burgundiae ducis defuneti, Guidonem de Tilia ², Pontium de Grancejo ³, comitem denique Ranulfum de Cestria & Savaricum de Maloone ⁴. Deinde auctor exscriptus Epistolam AEGIDIU DE LEWES ⁵ iterumque Relationem de Agarenis ⁶, Epistolam, quam HONORIUS dedit ad clerum Gallicanum ⁷ & Epistolam quamdam Templariorum ⁸. Quæ sequuntur de prophetia Agap, alio loco illustravimus ⁹; cetera vero, quæ Damiatae ditionem spectant, minoris pretij sunt.

dederat ordini Teutonicorum memorat (MCCXXII vj. dec.) vidua eius (Lalore, *Cart.*, III, p. 189-190, n. 19).

¹ Cum Ioh. d'Arcies captus fuit anno MCCXIX (*Eracles*, 341), quo cum appulsus fuerat (*Eracl.*, 332); de nostro videoas d'Arbois de Jubainville, V, p. 134, n. 1168; Lalore, *Cartul. du dioc. de Troyes*, III, p. 187, n. 16 (sept. MCCXIX), ubi vocatur « Andreas de Monte Barij dominus » Espissij ». Ceterum conferas Quinti b. *sacr. script.*, I, præf. xxxv; *Gefl. obſid.*, 103, 104; Ioh. de Tulb., 132; *Lib. duellij*, 159; *Fragm. provinc.*, 190; Iac. Vitr. *Ep.* III, 300, IV, 305, V, 380.

² Guido de Tyle (Thil-Châtel, Côte-d'Or) ang. MCCXVIII (Delisle, *Cat.*, p. 405) cum Pontio de Gr. & xij. die aprilis MCCXIX domi moratus memoratur (*Layettes*, I, 478, n. 1341).

³ P. de Gr. (Grancey-le-Château, Côte-d'Or), comes stabuli Burgundiae, Damiatam venisse traditur (*Eracles*, 343), sed Plancher (*Hist. de Bourg.*, II, 233, 267) refert eum iam anno MCCXVIII obiisse.

⁴ Savaricus, senescalcus Piétavij, ad votum crucis adimplendum a Galerano, maiore de Rupella æs alienum contraxerat (Shirley, xlviij).

I, p. 189, n. 164). Crucesignatus vocatur in bullis (Potthaft, n. 5759, 6006 [cf. *Rec. des hist. de Fr.*, XIX, 679], 6095, 25632) & chartis (*Les tables de Fonteneau [Société des antiq. de l'Ouest]*, IV, 190); *Cartul. de l'abbaye de Talmond-Poitiers*, 1870, pp. 323-327; n. 444-448). Postquam in Hispania militavit (*Annal. Toled.*, p. 211; *Eracles*, 343), sub finem septembribus MCCXIX Damiatam venit (Ogerius-Marchisa, *infra* 239; Oliver., 1413; *Eracles*, 343; *Gesta crucig.*, 53; *Gesta obſid.*, 104; Ioh. de Tulbia, 133; *Lib. duellij*, 160; *Fragm. provinc.*, 194); mense aprilii MCCXXI domi fuit (*Archiv. histor. de Poitou*, I, p. 91).

⁵ Martène, *Thef. anecd.*, I, 874-875; scripsimus: *Ep. principum*. Utramque simillimam ac fere eandem esse constat; sed prior epistola ad nostrum textum maxime accedit: defunct tamen verba: *eadem vero hebdomada*, usque ad: *Moyses signa fecit*.

⁶ Pseudo-Iacobus, *Hist. or.*, 1128: falso impressum est 828.

⁷ *Annal. Dunstabl.*, *infra* 66-67.

⁸ Zarneke, *D. Prefb. Ioh.*, p. 53, § 47; 57, § 1. Epistola Templariorum ipsa non extat, sed ille textus simillimus.

⁹ Quinti b. *sacr. script.*, I, p. xljj-xlvij.

§ 71. In Notis S. Arnulfi Mettenis de *historia Damitina levissima* continentur.

§ 72. VINCENTIUS BELLOVACENSIS in Memoriali suo, quanta cum alacritate Jacobus Vitriacensis in Brabantia crucem prædicaverit, illuſtrat, sed

§ 73. In Speculo historiali exscriptus PSEUDO-IACOBI seu potius OLIVERII Historiam Damiatinam & ALBERICI chronicum, cui addidit brevissimam relationem de clade christianorum.

§ 74. JOHANNES DE S. THEODORO Speculum VINCEN-
TII verbo tenus sequitur.

§ 75. *Gravissima* vero continentur in textu qui inscribitur: Récits d'un ménestrel de Reims, qui omnino convenit cum Continuationibus GUILLELMI TYRENSIS. Noster enim cum illis captionem urbis Damitæ non legato Pelagio, sed regi Iohanni attribuit; unde colligi licet, auctorem non clericum, sed equitem fuisse, fortasse in familia Milonis eleeti versatum, de quo accuratissime agit. Solus noster viros nobiles Andricum, comitem de Pingin, dominum de Lupines, Iohannem Fumon citat, solus colloquium, quod rex Iohannes cum Milone de pugna cum hostibus facienda habuit, communicat, & narrat Saracenum quemdam in cortice infustum vinculis christianorum elapsum, sed iterum captum & denique interfectum fuisse ¹. Arcem Tanim commiscet cum Babilonia urbe; cetera levissima sunt.

§ 76. STEPHANUS DE BORBONE de duobus cruceſignatis nonnulla narrat, quæ ad *historiam quinti belli facri* quodam modo pertinent.

§ 77. THOMAS CANTIPRATENSIS varia mirabilia narrat, quibus illustratur, quomodo crucis prædicatores officio fundi fuerint ²; iis quæ de peregrinatione nocturna in Terram Sanctam facta narrat, similia sunt, quæ Cesarius Heisterbacenſis ³ refert.

¹ Similia referuntur in *Fragm. provinc.* (*Quinti belli s. script.*, I, p. xxxij).

² De Henrico, fratre Colonensi (p. 125), postea priore provinciali prædicatorum urbis Accon, conferas lib. II, c. 57, n. 29, p. 560-561; Quétif & Echard, *Script. Dom.*, I, 94; Sighart, *Alb. Magnus*, 27-29. Cum Ludovico IX in

Terra Sancta versatus & ibi mortuus fuisse traditur (ibid. not., pp. 118-119, in lib. II, c. 43, n. 4). « Oppidum Martis, » quod textus memorat (p. 125), commentator Thomæ explicat: Marburg in Hassia (not. in lib. I, c. 19, n. 3, p. 20-21).

³ De religioso Winando (*Dialog.*, X, c. 2 [tom. II, pp. 218-219]),

§ 78 & 79. RICHERUS SENONENSIS & auctor Continuationis Clarimarsensis pauca & levissima tradunt.

§ 80. IOHANNES FRASQUET excerptit VINCENTIUM BELLOVACENSEM¹.

§ 81. Auctor Chronici S. Medardi Suectionensis falso pacem in x. annos a christianis factam fuisse refert.

§ 82. GUILELMUS DE NANGIACO² exscripsit ROBERTI ABOLANT Chronicon.

§ 83. BERNARDUS GUIDONIS³ sequitur IOHANNEM FRASQUET.

§ 84. AMALRICUS AUGERIUS brevissime VINCENTIUM excerptisse videtur; regem Britaniæ quinto bello sacro non interfuisse ceterum satis constat.

§ 85. IOHANNES DE COLUMPNA⁴ sequitur VINCENTIUM BELLOVACENSEM & Chronicon Turonense.

§ 86. In Chronico Rothomagensi nihil novi continetur; fratres Henrici & plures filios Iohannis regis⁵ in castris christianorum versatos fuisse neficimus.

§ 87. In textu, qui inscribitur Chronique de France, repetitur Relatio Remensis; verba Safadin & Tanis commutantur in Salhadin & Accon.

§ 88. Anonymus in Chronique de France & des croi-

de Eberhardo milite (ibid., V, c. 37 [I, pp. 321-323]), de Gerhardo de Holenbach (ibid., p. 219; cf. VIII, c. 59 [tom. II, p. 131]). Eberhardus & Gerhardus diabolii auxilio iter fecerunt; Gerhardus de India domum transportatus fuit. Ceterum conferas Röhricht, *Beitr.*, II, 400; Alex. Kaufmann, *Cæf. von Heisterb.*, pp. 133-135.

¹ Eadem relatio continetur in codice Paris., B. nat., lat., 6653, fol. 7vo.

² De quo Delisle in *Mém. de l'Inst.*, XXVII, 287 seq.; cf. N. Arch. für ält. d. Gesch., V, 425-510.

³ De quo Delisle in *Not. & Extr.*, XXVII B, p. 169-457.

⁴ Hunc non medio saeculi XIII (Rec. des hist. de France, XXXIII, p. 106-107), sed usque ad MCCXL circiter vixisse primus Waitz. (*Mon. Germ. SS.*, XXIV, 266-269) docuit. Iohannem de Columpna, unde Trithemius, *Chron. Hirsaug.* (cf. Hontheim, *Prodrom.*, 1188; Brower, *Annal.*, II, 120), & S. Antoninus hauserunt, falso narrare archiepiscopum (Theodericum) Trevirensem crucifixatum & anno MCCXI ab imperatore Damiatam missum fuisse, exposuit Görz (*Mittelrh. Reg.*, II, p. 421, n. 1551, not. 1).

⁵ De Oliverio, eiusdem filio, cf. supra p. xxvij, not. 3.

sades epitomen nobis præbet, e Continuacione GUIELMI TYRENsis factam, quæ sub nomine ERNULII vulgata est. Falso pro rege Cypri in urbe Tripoli mortuo vocat regem Armenia.

§ 89. Epitome bellorum sacerorum nihil novi offert Auctor qui fatetur se sua « ex Historia vulgari » huius, aperte recentione quadam ERNULII nūs est, breviore autem quamquævis quæ adhuc superstis.

§ 90. In Chronico Britannico crucifignati Hervei de Leone mentio fit, de quo G. BRITO plurima attulerat¹.

§ 91-93. SEBASTIANUS MAMEROT, NICOLAUS LE HUEN, PETRUS D'ESREY sequuntur ERNULII textum; Nicolaus lapſu calami pro MCCXIX scripsit MCCXX.

§ 94. Rudimenta novitiorum pro maxima parte manarunt e VINCENTII BELLOVACENSIS Speculo; cetera nihil valent. In Mer des histoires textus gallice versus est.

IV

TESTIMONIA E CHRONICIS IN GERMANIA SCRIPTIS EXCERPTA.

§ 95. In Chronicæ regiæ Coloniensis continuatione secunda, a Waitzio reperta ac primo edita, nonnulla nova legimus de crucis prædicatore Iohanne Xantenfi, apud Khuik concionante². Quæ vero de pace a Safadino violata auctor affert, ceteris fontibus non confirmantur. Anno enim MCCVII soldanus pacem fecerat in tres annos³, sed postea, Iohanno rege coronato (iij. octob. MCCX), terram christianorum ingressus, urbem Accon (non vero Hierosolymam, quæ in ditione soldani denuo impugnavit⁴, quo facto, anno MCCXI Iohannes noram pacem fecit, sed Innocentium papam (MCCXV) legati

¹ Infra, pp. 79-80.

² Qui crucis prædicator scepſime memoratur (Röhricht, *Beitr.*, I, p. 55, not. 22; II, 257, not. 18; cf. infra Cæsar, Heisterbacens, 162, 165), eodem teste (VI, 31 not., tom. I, 382), anno MUCXXII, abbas S. Trudonis Leodiensis factus est; cf. Gelenius, *Vita*

³ Engelberti, p. 198. Iohannes Xantensis anno MCCXV (xxxij. die iulij) chartam Friderici testis subscriptis Aquisgrani (Böhmer-Ficker, *Reg. imp.*, n. 822).

⁴ Eracles, 309; cf. Marin. Sanut., pp. 205-206; Ibn el-Atir (Rec. des hist. or. d. crois., III, p. 106).

idem magister Guiardus, Cameracensis episcopus, verbo hu-
iusmodi confirmavit. Nolle, inquit, pro toto Arabic auro
una tantum nocte duo beneficia retinere & certus tamen es-
sem, quod de mane unum illorum idoneo homini conferretur
& hoc propter incerte vite discrimen

p. 74

Lib. I, c. 22, n° 9.

*De Fulcone canonico Insulensi, qui pro inobedientia xxv annis
egrotavit.*

Quale autem malum quidam nostra estate per inobedien- p. 89
tiam male cautus incurrit, breviter referamus. Venerabilis
Fulco de Gandavo natus, canonicus apud Insulas erat. Hic,
ut nobis ipse narravit de seipso, a magistro Iacobo de Vitria-
co legato, & predicatoro crucis contra Albigenes, rogatus, ut
secum crucem per Flandriam predicaret, renuit. Cui cum
insisteret per amicos, ut eum adiuvareret in negocio Ecclesie
tam necessario & devoto, renuit ille secundo, & nullo modo
hoc se facturum afferuit. Tunc magister Iacobus illum magis
preceptum timere confidens: « Et ego, » inquit, « precipio vobis
auctoritate, qua fungor, ut in nomine Iesu Christi, in remis-
sionem omnium peccatorum vestrorum istud negocium as-
sumatis. » Cui dictus Fulco: « Nullo modo, » inquit, « assu-
mam, & ego rogo vos, ut nequaquam me de hoc ulterius
fatigetis. » Mox magister Iacobus in corde graviter commo-
tus, & fere usque ad lachrymas fatigatus, ait illi: « Cum
utique digne possem, auctoritate mihi commissa, vos excom-
municare, & omni beneficio privare iam in inobedientia
contumacem; nolo tamen, ne tanto viro tantum videar gra-
vamen ingerere. Rogo tamen Deum, qui omnium cordium est
inspector, quatenus reddat vos non solum ad istud, quod
spernitis, sed prorsus ad omne opus inutilem. » Mira res!
Mox ad hac verba quartana febris eum cum fluxu ventris
invasit, & usque ad finem vite sue per viginti quinque annos
irremediabiliter fatigavit. Et audi lector mirum Dei iudicium
de hoc viro. Cum talis ac tantus esset, ut ei Dominus Iesus p. 90
Christus, sicut per fratrem Egidium ordinis Predicotorum in
Gandavo perceperimus, ante mortem, quasi recenter extensus
in cruce, visibiliter appareret, & eum ante finem Augusti
mensis prediceret moriturum: nullo modo tamen Dominus

illi in hac vita parcere voluit, quin eum pro inobedientia
tanto temporis spatio flagellaret. Quid ergo de nobis miseris
futurum est, qui parentibus inobedientes frequenter fuimus
& prelatis, & Deo patri omnium maxime, qui nos creavit &
pascit, si tam perfecto viro pro sola inobedientia non peper-
cit!

Lib. I, c. 25, n° 5.

De viro, qui Christo compatiendo obiit.

p. 102 Quid autem in exemplum huius materie contigerit, refe- p. 103 ramus sicut a fide dignis accepimus. Circa annum ab incarnate Domini MCCXVI quidam vir fidelis & bonus de oppido Dinantheo mare transit & ingressus terram sanctam, loca singula, in quibus pedes Domini stetisse quibusdam in dictis ferebatur, multa devotione & lachrymis visitavit. Cumque venisset ad locum Calvarie, ubi redemptorem nostrum audivit mortis angustias & crucis supplicium pertulisse, gravissimis suspiriis ingemiscens, cum clamore valido & lachrymis dixit: « Quid tibi, benignissime Domine, quid, inquam, tibi Christe retribuam pro omnibus, que prius amator amabilis mihi mirabiliter tribuisti? Vidi plura loca, in quibus natus & inter homines conversatus, doctrinam evangelicam predicasti & deitatis tue indicia per miracula demonstrasti. Nec quidem, ob amorem & reverentiam tui, sincero corde complexus sum: hunc vero locum passionis & mortis tue equo animo videre non possum, ubi clavis crucifigi, terebrari lancea & animam pro nobis tradere voluisti. » Hec ut beatus ille peroravit, exclamans, ruptis vitalibus cordis venis spiritum exhalavit.

Lib. II, cap. 3, n° 9.

*Predicatarum rerum eventus, & varie crucis apparitiones,
& predictiones.*

p. 137 De annonae vere, quod predixit, evenit. Discoloratas cru- p. 1246 ces, & ex omnibus mundi partibus, quedam sanctissima Re- clusa, ut ipsa mihi retulit, in Brabantie partibus vedit, cum secunda expeditio ad purgandam Albigenium terram per legatos curie Romane missa fuit. Sed & crux a multis populis,

cum in diversis partibus predicaretur, visa fuit manifeste. Nec non & ego, fidelium novissimus, antequam piissimus Ludovicus Francorum rex anno ab incarnatione Domini MCCXLVI, crucem transmarinam susciperet, crucem in celo ex clarissimo & sidereo lumine vidi, nec recolo me decentius & operosius formatam crucem unquam sub aliqua materia, vel figura vidisse. Octenos habere cubitos crucem ipsam in longitudine mihi planissime visum est. Serenum celum erat valde, & sine aliqua nube in aliqua parte sui, sub nostro horizonte celum erat coloris unius. De discoloratis vero crucium fasciculis vidimus: quia prima crux nostri temporis contra terram Albigensem predicata est. Secunda in terram sanctam, contra Saracenos. Tertia iterum contra Albigenses. Quarta contra Stadingos, quos in Theutonia Henricus dux Brabantie cum suis stravit. Quinta iterum in terram sanctam. Sexta contra Aquenses, qui se pro scismatico Frederico quondam imperatore, contra Guillelmum regem Romanorum electum, stoutissime opposuerunt. Septima contra Hezelinum nobilem Italie, & eius complices, qui condemnatus, & publicus hereticus, p. 138 fidem catholicam graviter insectatus est. Quot ergo genera crucis: tot colores, tot fasciculos cernimus assignatos.

Nº 10.

Crucem suscipientes accipiunt plenariam indulgentiam.

De indulgentia autem, que crucem suscipientibus predicitur, nullus fidelium dubitare permittitur, quin integraliter vere penitentes & confessi indulgentiam recipient omnium peccatorum, & in ea desiderij voluntate, qua pro fide, si se obtulerit locus, mori gestiunt, totaliter a pena simul absolvantur & culpa. Certa ergo mihi fides de his omnibus est, & nihil hesito de hoc, quod summus pontifex noster per legatos auctoritatis sue mandaverit faciendum.

Nº 11.

Quod crux pecunia redimatur.

Sed de his multi fidelium non sufficiunt admirari, qui crucem, pecunia redimunt, & hanc in tam modica pecunie quantitate, ut vix decimam, vix vicefimam, vel vix certe bo-

norum suorum saltem mobilium, salvis hereditatibus integris, centesimam partem dare velint. Cum enim laboris iter dispergatur, vel certe lucrorum suorum viderint tempora depetriri, querunt dispensationes, legatos Roma multiplicat, qui eos, pecunia mediante, sanctificant, liberosque a peccatis per litteras recommendent. Bona sanctificatio, que liberat a peccatis, bone & beate littere, que se securam & mundatam animam ab omni culpa & pena fecerunt.

Nº 12.

Crucem suscipient viri religiosi.

p. 139 Sed o quanti monachi in Cisterciensi ordine, vel alias in claustris sunt, qui longa ieiunia, longo tempore disciplinas graves, silentium prope continuum, vestem asperam nocturnas vigilias sustinent, & in his omnibus victum tenuem, & vix ullum solatium habent, & tamen neendum peccatorum suorum indulgentie litteras acceperunt. Credo tibi Paule, sed & in Apostolatu tuis successoribus, credo tibi, inquam, credo, qui veridico ore dixisti: quod reddet unicuique Dominus secundum suum laborem (1 Cor. iii, 13, 14). Taceo de fratribus Predicatoribus, qui studiis continuis & vigiliis macerati, non habentes in zona es (Marc. vi, 8), sed membranas maxime Pauli (2 Tim. iv, 13): non in equis aut curribus, sed fessis artibus & pedibus gradientes, predicationibus terras circumueunt. Sed de fratribus Minoribus quidnam dicam? qui duro cincti funiculo, & sine amictu cappe vel pallij, induiti tunica super nudo, pedibus nudis super nivem gelidam, quasi super lanam deambulant, & panem suum quotidie quasi pauperes emendicant? Quid, inquam, dicam de talibus? Si non etiam cum his, vel supra hos, qui pro modicis, vel nullis laboribus, sed tantum pecunia peccatorum suorum indulgentiam acceperunt, secundum suum laborem retributionem premij fortientur.

Nº 13.

De cruce Christi & latronum auctoris admonitione.

Noveris, lector charissime, quod Christus portavit crucem, portavit latro, qui creditit, portavit & ille, qui a sinistris p. 140 pendit. Sed his diverso fine conclusum est. Non credis & hoc

idem sub nostro tempore dispensari? Crucem veram ex proprio corpore dedicatam mensus est Christus: hanc fideles & membris affigunt & mentibus. Fingit, & diabolus cruces suas, quas reprobi, mente perversa, tantum membris affigunt.

Lib. II, c. 18, n^o 2.

Exemplum de odio inteffino terribiliter punito.

p. 221-222

[Sequitur Vincentium Bellow., supra p. 96-97.]

Lib. II, c. 40, n^o 4.

De alio viro sancto ex Brabantia una nocte ad terram sanctam ab angelo translato.

1213 At quoniam in dubium pluribus venire posset, qualiter sub p. 402 tam brevi temporis spacio, in gravi corpore, per tot maris & terre tractus, hic transire posset: excepto evidenti exemplo Abacuc, per parvam diei horam in Babylonom de Iudea translati: miraculum consimile quod diebus nostris in Brabantia contigit, quod nulli, qui hominem novit, dubium esse potuit, referamus. Anno circiter ab incarnatione Domini MCCXIII, cum crux transmarina ubique fere terrarum predicaretur, erat vir in Brabantia inestimabilis sanctitatis, qui desiderium quidem longum habuerat, terram, in qua fletorant pedes Christi, peregrinus invisere: sed retardari a contemplatione divina, in corporali exercitio verebatur. In oratione p. 403
10. 31 autem existenti in vigilia sancti Petri ad vincula, clauso cubiculo, astitit illi cum ingenti lumine-(erat enim nox) angelus Dei, dicens: « Vedit Dominus ingens desiderium tuum, te scilicet velle invisere terram sanctam, & nunc ad hoc missus sum ad te, ut desiderium tuum compleatur. » Hec dicens angelus, hominem apprehendit, & in una nocte ad omnia loca spectabilia terre sancte transfert, & eadem nocte retulit. Videbatur autem illi ipsa nox omni die lucidior, ita quod omnium civitatum Gallie, Burgundie, Lombardie, Tuscie, & terre sancte loca, dispositiones, & situs his, qui terras novabant propriissime, designaret. Postmodum vero factum est, ut hortatu quorundam devotorum virorum, quibus hoc negare non poterat, cum illis crucem fusciperet, & eorum dux

sieret in terram sanctam, planeque per viarum demonstrationem cunctis ostenderet, quod nequaquam mendax, sed verus Dei nuncius, qui eum duxerat, extitisset. Hic vir beatissimus, postquam reversus est, ut vidit, quia in honore haberit cepit apud convicaneos, dulce solum natalis patricie dereliquit, & usque in finem vite in alienis partibus sancte vixit.

Lib. II, c. 43, n^o 5.

Exemplum primi modi in Henrico de Colonia, qui futurum cognovit ordinem predicatorum.

p. 417 Spiritu revelante prefatus frater Henricus de Colonia, ordinis Predicatorum, antequam ipse ordo inchoatus fuisset, sicut per ipsum didicimus, futurum eum precognovit. Habuit patrum militem, sedulum in cultu Dei in partibus Theutoniae, opido montis Martis. Hic dictum Henricum iuvenem sagacem videns, etate adultum, optimeque in grammaticis institutum, misit Parisios, ut dialecticam & artes ceteras assequeretur. Quod ut factum est, patruus eius defunctus est, & intermissum est eius studium annis tribus, quibus in predicto opido scholas rexit. Et his quidem lapsis, apparuit ei patruus suus, dicens: « Sumes in remedio pene, qua in purgatorio crucior, Hierosolymitanam crucem, que per Theutonium predicatur, & transfrerabis: & exacto ibidem tempore, cum redieris, perges Parisios, inveniesque novum Predicatorum ordinem, quem intrabis. Paupertatem eorum non verearis, & non despicias paucitatem: quoniam in salutem multorum felicissime coalescent & convalescent. » Ad hec verba dictus clericus stupefactus, sine ulla turbulenta cunctatione, quod iustus erat, aggreditur. Et facta peregrinatione, ubi rediit & venit Parisios, invenit ordinem Predicatorum noviter in partibus Albigenium inchoatum, domumque iam inceptam Parisios, & sine hesitatione aliqua, parvo post tempore ordinem est ingressus. Ubi cum annis pluribus devotissime profecisset, iterato illi apparuit patruus, dicens: « A pena, qua cruciabar, te iuvante, solitus sum. Tu autem ne cunctis iterum transire mare, si te seniores tui transmittendum elegerint. » Et hoc quidem cum dictus frater Henricus celatum haberet, a magistro ordinis & diffinitoribus ac provincialibus fratrum

p. 418

in terram sanctam transmissus est: a qua postea rediens, tertio a felicissimo rege Francie Ludovico, in solum peregrinationis sue ad transmarina est deductus. Elapso autem tempore, cum rediret, in via qua revertebatur ad Gallias felici morte defunctus est. Quantum autem vir iste predicatione profecerit in clero Parisiis, quantumve consilio, aut etiam alias, ubi diversis clericis & populis predicavit, ad plenum posse neminem arbitror estimare.

78. RICHERIUS SENONENSIS,

Chronicon (— 1264).[Pertz, *Mon. Germ.*, SS., XXV.]

*

¹²¹⁹ Dicitus vero Ioannes moto exercitu Damiatam Egypti ob- ^{p. 303} sedidit, & miraculose obtinuit, quam statim stultitia cuiusdam legati romani, qui exercitum christianorum de civitate ¹²²¹ eadem eduxerat, aquis multitudine Saracenorum inclusi, & in angustia mortis positi, Damiatam Saracenis reddiderunt, & ita a terra illa christiani exierunt.

79. IOHANNES FRASQUET, *monachus S. Germani Autifiodorenensis*,*Chronicon* (— 1272).

[Paris, Bibl. Nat., lat. 12498 (ch., f. XV, in-f.)]

*

¹²¹⁷ Anno Domini M. CC. XVII. congregatus est exercitus Domini in f. 95^r. Acon, cum regibus Ierusalem, Cipri, Ungarie, & ducibus Austriae, Vinc. Bellon. Bavariæ, Francisque & Germanis. Redeuntibus vero Ungariis, alij Egyp- ¹²¹⁸ supra, 97-98. tum applicant, Damiatam capiunt, pereuntibus tam ferro quam fame Vinc. Bell. 104. Saracenorum lxxx, m. & plus. Denique Damata per annum & plus a ¹⁰⁵. ¹²²¹ nostris possessa est; sed pro redempcione captivorum paganis est redditæ. Vinc. Bell. 110.

80. *Continuatio Clarimarcensis* (— 1286).[Pertz, *Mon. Germ.*, SS., XXIV.]

*

